



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

IV. Quo pacto acceptanda sit promissio, seu donatio, cum promissarius,
vel donatarius abest.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

leg. 27. verbo *otrofiti*. 11. part. 3. & actus promissionis seu donationis facta imbibat in se conditionem, si promissarius, seu donatarius acceptaverit, consequens est ut iuramentum eandem conditionem imbibat, ac proinde sicuti seculo iuramento promissio, & donatio ante acceptationem renocari potest, sic poterit iuramento interposito, illud enim iuramentum cum non induat rationem voti, si quidem in gratiam hominis principaliter fit nequit comparatione Dei obligare, nisi homo acceptet.

7 Neque ex eo quod in hac promissione, seu donatione etiam iurata apponatur clausula constituti, vel reservatio ususfructus, inferendum est impediri revocationem ante acceptationem. Nam ut recte probant post alios antiquiores Ant. Gom. leg. 45. *Taurin.* 82. & 83. Tellus Fernandez leg. 17. *Taurin.* num. 30. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 2. n. 63. Gutierrez in repetit. cap. quamvis pactum, in princ. n. 53. in 2. edit. praedicta clausula nihil operantur nisi a parte in cuius favorem sunt appositae acceptantur, ut in leg. quod meo §. si furioso, de acquir. p. ff. cum aliis.

8 Tertio temperant hanc doctrinam in promissione facta infanti, seu ratione carenti ob eius favorem. Decius. conf. 243. n. 3. Paris. conf. 77. n. 3. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 2. n. 75. Burgos de Paz. unior. 7. 10. civili. n. 18. Azcuedo. lib. 5. recopil. tit. 16. leg. 2. n. 22. Sanch. lib. 1. de matr. d. sp. 6. num. 15. Nam cum ipse capax non sit acceptationis a lege videtur promissio acceptata. argum. leg. inubemus. Cod. de emancipat. liberor. vbi emancipatio facta infanti absque eius consensu valet, tamen si regulariter acceptatio emancipati requiritur. Sed neque hanc restrictionem admittendam censet. Nam cum solum in speciali casu loquatur lex, non est cum eius decisio cum iuris communis correctoria sit ad alios casus extendatur. Maxime cum in emancipatione sit specialis ratio, vique potest ad Republica inducta est, ac proinde absque consensu emancipati concedi a Republica potest. Adde neque in hoc casu graues Doctores desse Couarruu. 1. var. cap. 14. n. 13. Rebell. 2. p. de obligat. iustit. lib. 18. q. 3. in fine, qui acceptationem requirant ab his qui de iure acceptare possunt, ut promissio irrevocabilis censetur.

P V N C T U M III.

Quo pacto promissio seu donatio acceptanda sit?

- 1 Acceptanda est promissio a donatario per se vel per alium.
- 2 Negant plures taciturnitate promissionem acceptari.
- 3 Verius est acceptationem praesumi.
- 4 Consultum est verbis, seu signis expressis acceptationem, seu repulsum praesari.
- 5 Proponeitur dubitandi ratio, an in donatione praesumenda sit praesentia, vel absentia donatarii.
- 6 Verius est praesentiam praesumendam non esse.

1 Necessario acceptanda promissio, seu donatio a promissario, seu donatario per se vel per alium, si praesens promissioni, seu donationi assistat, verbis vel signis exprimere debet gratiam sibi esse promissionem, seu donationem, alias promissarii voluntas cum promittente non coniungitur, quod necessarium est ad pactum constituendum.

2 Sed quaestio est. An ex eo tantum quod promissionem non respuat, sed taceat censetur eam acceptare? Negat alios referens Titaque leg. si nunquam verbo liberis. Cod. de revocand. donat. n. 68. Anglis Florib. 2. p. q. 1. de voto ar. 2. difficult. 3. conclus. 2. Manuel. Rodrig. 2. s. sum. ca. 27. conclus. 4. n. 4. Duaren. leg. 1. ff. de pactis. Ducuntur ex regula iuris 44. qui taceat nec fatetur, nec iure negare videtur. Deinde si promissarius gratiam haberet promissionem id verbis ostenderet, & gratias referret ut moris est beneficium accipientis leg. sed est lege §. Consultuit. ff. de petit. heredit. Neque satisfacis, si dicas ob verecundiam saepe id omitti. Nullus enim in acceptanda promissione liberali, gratisque referendis pudor intercedere potest: potius enim praesumenda est taciturnitas nasci ex pudore respuendi promissionem sibi liberaliter factam, forte enim reputat sibi onerosum fore beneficium accipere, cum inde benefactori demittitur existit.

3 Verum quamvis praedicta sententia probabilis sit probabiliorem existimo ex sola praesentia absque vilo repulse indicio praesumi consensum & acceptationem: vti ex communi docuit Iulius Clarus lib. 4. sentent. §. donatio. q. 14. vers. sed pone. Couarruu. Rub. de testament. 3. p. n. 1. Molin. lib. 4. de primogen. cap. 2. n. 77. Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 42. n. 4. Gutierrez in repetit. cap. quamvis pactum n. 58. Molina. Ieluita. tract. 2. disp. 2. 64. §. dubium est & disp. 270. §. in foro autem conscientiae. Sanch. lib. 1. disp. 6. n. 11. Rebell. de obligat. iustit. 2. p. lib. 18. q. 2. n. 2. & alij plures, specialiter apud Sanch. Moucor primò ex regula iuris. Qui taceat consentire videtur de Regul. iuris lib. 6. quae cum non habeat verum, cum de praedicio, & obligatione tacentis agitur. leg. filius familias. §. inuitus. ff. de procuratorib. consequens est ut procedat cum de praesentis, & tacentis commodo agitur. Et licet in regula iuris sequenti dicatur tacentem nec fateri nec

negare, ideo dictum est, quia ex se taciturnitas indifferens est consensui, & dissentui, sed subiecta tamen materia determinatur, si enim materia favorabilis est consensui censetur, dissentius vero si onerosa sit. Secundo probatur ex leg. qui paritur. ff. mandati, vbi Consultus inquit, qui paritur ab alio mandari ex sui cretencia. Tertio it leg. donationes. §. specius. ff. de Donationib. dicitur. Species extra dotem a matre, filia nomine, viro traditis filia qua praesens fuit donatas, & ab ea viro traditis videtur. Ecce quomodo ex praesentia filiae tacentis consensui praesumitur.

Consultum tamen & bene Montecoso in sua pract. tract. 7. Gutierrez in repetit. cap. quamvis pactum. ut promissarius acceptationem expressis signis vel verbis respuat, vel acceptet, relictibus occasionem praebet.

Sed quaestio est non leuis momenti. An cum in contractu donationis nulla est mentio facta praesentiae, vel absentiae donatarii praesumenda sit praesentia vel donatio acceptata sit & irrevocabilis, vel potius absentia vel revocari possit? Ratio dubitandi desumitur ex eo quod semper pro valore, & firmitate actus stare debet praesumptio. leg. quoties La 2. ff. de rebu. dubis leg. quoties ff. de verb. obligat. & docet Alciatus §. praesumpt. 34. n. 1. & latissime Menoch. de praesumpt. lib. 6. in 4. praesumpt. 4. Quod maxime procedit in favorabilibus sicuti est donatio argum. cap. fin. de sentent. & re iudic. At si praesentiam praesentiam tenet donatio, quia adest acceptatio, secus si absentia praesentiam ergo, & Atque ita tradit Boccius decis. 313. n. 3. cui se remittit Gutierrez in repetit. cap. quamvis pactum in princ. n. 58. Auendano cap. praetor. 2. p. cap. 1. n. 4. & fauer Glossa leg. 1. verbo inter praesentes Cod. de contrahenda, & committenda stipulat. asserens praesentiam in dubio praesumi.

Veniunt tamen est praesentiam praesumendam non esset probat lex 2. Cod. de statutis, & imaginib. ibi sua probat accepisse praesentia, & ibi Bald. & Alberic. Item praesentia consistit in facto, sed factum non praesumitur nisi probetur leg. in bello §. facta ff. de captivis, & postlim. reuersis leg. quacunque in fine ff. de publiciana in rem actione, aliis regulariter omnis donatio esse firma & irrevocabilis, ideoque vilius obtinuit, cum donatarius praesentis est in instrumento exprimi. Atque ita tradit post alios Menoch. plures referens lib. 6. de praesumpt. 18. n. 1. & 2. Mascard. de probat. tit. 1. conclus. 65. Sanch. lib. 1. de sponsal. disp. 6. n. 11. Gutierrez de matr. c. 6. n. 8.

Neque ratio dubitandi virget, quia esto non praesumatur praesentia non corrui actus, nam esto non sit vera & firma promissio, est tamen pollicitatio, seu donati oblatio, & licet sit favorabilis promissario, seu donatario ea praesumptio promittenti praetudicet, cum tollat ab eo reuocandi potestatem, & in dubio potius donanti quam donatario videtur fauendum. Neque hinc doctrine aduertatur Glossa in d. leg. 1. quia loquitur de actu qui nequit fieri nisi inter praesentes, vti est stipulatio; at promissio, & donatio frequenter inter absentes celebrari potest.

P V N C T U M IV.

Quo pacto acceptanda sit promissio, seu donatio, cum promissarius, vel donatarius abest?

- 1 Debet fieri per Epistolam, vel nuntium a promittente destinatum ab illum effectum.
- 2 Spectatur iure regio Castella plures censent a qualibet terra acceptari posse.
- 3 Verius est oppositum.
- 4 Acceptatio promissarii coram ipso notario facienda est.
- 5 Qualiter donatarius donationem litteris missam acceptare debet?
- 6 Antequam nuntius, vel epistola ad donatarium perveniat revocari donatio potest.
- 7 Mortuo donatario ab eius heredibus acceptari donationem posse asserunt plures.
- 8 Oppositum verius est.
- 9 Excipit nisi praesumatur id donatorem velle.
- 10 Mortuo donatore ante acceptationem posse donatarius donationem acceptare docuerunt graues Doctores.
- 11 Contrarium dicendum est.
- 12 Satis est oppositis rationibus.
- 13 Interim ac ab heredibus donatoris reperitur donatum retinere illud potest donatarius.
- 14 Mandatum in favorem pie causa mortuo mandante, seu donante non expirat.
- 15 Si nuntius vsurper donationem, aut in causa fuerit re donatarius ante mortem acceptaverit & donante & donatario obligatur.

Si adest persona quae ex iure, vel speciali commissione notitia absentis acceptandi potestatem habeat manifestum est validam esse acceptationem. At cum nullus ex his adest oportet probare

mittentem mittere nuntium vel epistolam quibus absente nuntietur promissio, & prestare acceptationem possit. Neque satis est si aliquis tertius qui donationis conficiat, proprio motu donatario referret, quia ea ratio non valet voluntatem donantis cum donatarii voluntate, qui ppe non est medium & instrumentum ad donante assumptum. Sicuti probat Bart. in leg. absenti n. 1. ff. de donationib. & ibi Guman, & Paul. Sanch. plures referens lib. 1. de sponsal. disp. 6. n. 3. Mol. tract. 2. disp. 264. paulo post princ. Reb. lib. 2. de oblig. iustit. lib. 18. q. 2. n. 6. Less. lib. 2. cap. 18. dub. 6. n. 42.

2. Grauis tamen est difficultas, an spectato iure regio Castellae relata donatio per tertium ad promittente valide acceptari possit? Affirmat Mol. de primogen. lib. 4. c. 2. n. 62. Burgos de Paz. inior. q. 10. ciuili. n. 24. Greg. Lop. leg. 4. tit. 4. par. 5. verbo nolo puelle Gutier. in reposit. cap. quamuis pactum in princ. n. 59. Angulo de meliorationib. leg. 1. Glos. 5. n. 28. Gutier. de marit. c. 6. n. 13. Ducuntur ex leg. 2. tit. 16. lib. 5. recipi. vbi solennitates ad iure communi requiritur pro obligatione donationis & promissionis corriguntur, solumque exigitur, vt de obligatione confiteri, sicuti probant illa verba Texius, pariendo quod aliquo sequiso obligata orro por promission o per algun contrato, o en alguna manera sea conuado de cumplir y no pueda poner excepcion, &c. at promissione denuntiata promissario pro quemque omnibus constat promittentem se voluisse ad donandum obligare, ergo non est opus nuntius specialiter ad hunc finem necessarium.

3. Sed rectius Sanch. lib. 1. disp. 6. n. 20. censet deficiarium esse epistolam, vel nuntium specialiter destinatum, quia ea manifestatio cum non fit ad promittente assumpta ad suae voluntatis declarationem non censetur sufficiens ad vtamque voluntatem promittentis, & promissarii coniungendam. Neque censeri potest promittens cum promissario per illum nuntium loqui, e ique promissum offerre. Ergo nequit promissarius quod sibi ad promittente oblatum non est acceptare. Lex vero regni Castellae non obstat. Non enim constat promittentem se obligare velle, antequam ipse promissario promissionem denunciet, & promissarius certior ad promittente factus promissionem acceptet. Haec enim iure naturalis videtur requiritur. Quod enim praedicta lex corrigere est stipulationis solennitas, qua cessante modo confiter de legitima acceptatione etiam inter absentes nuntius perficitur.

4. Potest promissarius cui nuntius specialiter destinatus promissum, seu donatum renuit teneat coram ipso prestare acceptationem, nec fatiscit si coram aliis praestet, vt aduertit Sanch. lib. 1. de marit. disp. 7. n. 35. Less. lib. 2. dub. 6. n. 43. Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. c. 1. n. 9. Nam cum acceptatio reddat promittentem firmiter obligatum oportet ipsi vel eius nuntio fieri, maxime cum haec acceptatio fit quasi quoddam offerenti responsum, quod offerenti, & non aliis praestandum est.

5. Si vero per litteras donatum donatario infinnetur debet ipse donanti litteras suae acceptationis mittere, neque satis videtur si coram aliis acceptet ob praedictam rationem, quia non censetur donante respondere, & suam voluntatem cum illo coniungere. Sicuti tradit Sanch. & Laym. loc. cit. Quamuis Lessius n. 43. oppositum in gratuitis donationibus sentiat.

6. Interim autem quod nuntius, seu epistola ad donatarium pertinet, optime potest donatum reuocare, quia dum acceptatio non adest non censetur firmiter obligatus, vt punct. 2. dictum est. Sed oportet hac in re distinguere inter promissionem, seu donationem factam, vel faciendam. Si enim facta promissione, seu donatione nuntium mittas, vt donatario donatum defertur, promissumque denuntiet, si mandatum reuocet, esto mandatarius, vel donatarius ignorent nulla est acceptatio, quia cessauit reuocatione mandatum. Vt probat lex si pater, vers. 1. ff. de manum. vindicta, & lex 2. §. sed si quis donatarius. ff. de donationib. & pluribus comprobant Anton. Gomez. 2. de contract. cap. 4. n. 3. Si autem ad donandum, seu promittendum, procurator contituiti, oportet vt reuocatio subsistat certiorum procuratorem & donatarium facere, alioquin cum ipse procurator ex potestate sibi tradita operetur validum actum ager iuxta leg. si mandassem, ff. mandati. & notat Anton. Gomez. loco citato. Reb. lib. 2. p. de oblig. iustit. lib. 18. q. 2. n. 7. Sanch. alios referens lib. 1. de sponsalib. disp. 6. n. 7.

7. Duplex autem superest questio. Prima, an mortuo donatario ante acceptationem coepat eius haeredibus acceptatio? Affirmat Collector dec. Piedmont. dec. 70. n. 10. Couarru. Rub. de testam. n. 1. paulo ante finem. Molin. lib. 4. de primogen. cap. 2. n. 77. in fine. Notter Molina. 2. tract. 2. disp. 264. iuxta haec tenent dicta Sanch. lib. 1. de marit. disp. 6. n. 6. & alij apud ipsos. Ducuntur quia haeredes donatarii succedunt iuribus defuncto competentibus, ad defunctus ius acceptandi donationem habebat. Ergo dum ius ad haeredes transit iuxta leg. si sine. §. si procurator. ff. item ratum habere.

8. Sed verius censet haeredibus donatarii datum non esse acceptate donationem defuncto factam. Vt pluribus comprobant Tiracquel. de constitut. 3. p. limit. 30. n. 68. & segg. Alciat. cap. cum contingat. n. 3. 24. & segg. de iureiur. & in leg. 2. §. ex his n. 3. ff. de verb. obligat. Greg. Lop. leg. 4. verbo, no lo puede in fine. ff. de verb. obligat. Anton. Gab. 1. commun. lib. 4. verbo donatio absentis nomine pag. 210. Burgos de Paz. inior. q. 10. ciuili. numer. 37.

Lessus lib. 2. de iustit. cap. 18. dub. 6. n. 35. Reb. lib. 2. de obligat. iustit. 2. p. lib. 18. q. 3. n. 6. & colligitur ex leg. cum quis sibi ff. de verb. obligat. Mouetor quia haeredes non succedunt defuncto nisi in iuribus defuncto competentibus. At defunctus nullum ius in rem donatam habebat, quousque acceptationem praestaret: potestas autem acceptandi est ius personale, quod morte ipsius donatarii extinguitur, cum fit potestas quam quilibet habet sibi & non alteri stipulandi.

Temperat autem hanc sententiam Reb. nisi adfint indicia velle donatorem haeredibus donatarii datum communicare, vt si rem ipsam, vel eorum procuratori tradidisset. Sed eo casu non acceptant haeredes donationem quatenus haeredes sunt, sed quatenus ipsi a donatore conferunt. Quo sensu loquitur lex si sine.

Secunda questio, An mortuo donatore ante acceptationem possit donatarius sibi donatum, seu promissum acceptare? Affirmat posse Molina. lib. 4. de primogen. cap. 2. num. 77. cum Couarru. in Rub. de testam. 3. p. num. 13. vers. verum si donatarius. Reb. lib. 2. de obligat. iustit. lib. 18. q. 3. n. 7. Sanch. lib. 1. de marit. disp. 6. n. 5. Lessus lib. 2. de iustit. cap. 18. dub. 6. n. 45. Ducuntur primo, quia ea donatio ex parte donantis fuit perfecta, leg. nec ambigi. Cod. de donat. & ex alia parte non fuit ante mortem reuocata. Ergo potest acceptari, siquidem ex ea acceptatione nullum praedictum haeredibus irrogatur, sicuti nec defuncto irrogaretur, si in eius vita fuisset acceptata. Secundo ea donatio ex parte donantis est gratia facta, & non facienda, at gratia facta non extinguitur morte donantis. Vt pluribus comprobatur. Act. 3. de leg. lib. disp. 4. p. num. 16. §. 2. & segg. Tertio facultas reuocandi donationem non transit ad haeredes. Vt docent Couarru. 3. var. c. 14. n. 17. Iulius Clarus lib. 4. recept. §. donatio. q. 13. ad finem. Mol. d. cap. 2. n. 77. At inutilis esset talis prohibitio, si morte donatoris donatio extingueretur.

Nihilominus est praedicta sententia fit valde probabilis probabiliorem existimo alienentem non esse locum acceptationi. Quod docuit Greg. Lop. leg. 4. verbo no lo puede. tit. 4. par. 5. Burgos de Paz. conf. 33. n. 14. Arzedo. lib. 5. recopilat. tit. 6. leg. 2. n. 11. Paul. Laym. lib. 3. sum. tract. 4. cap. 1. circa finem. Mouetor quia ea donatio morte donantis perit, cum cesset eius voluntas, quae cum voluntate donatarii coniungi debebat. argum. cap. si gratia de rescript. in 6. Praeterea ad essentiam donationis, & promissionis necessatio concurrere, debet donatarii acceptatio, quia nequit censeri donatio facta quin alicui facta intelligatur, at ante acceptationem non intelligitur donatario facta donatio, dum eius non fit. Post mortem vero donantis fieri non potest, cum non fit qui done, ergo &c. Tandem haec sententia videtur decideri in leg. 2. ff. de donationib. cuius haec sunt verba. Sed si quis donaturus mihi pecuniam dederit alicui vt ad me perferret, & ante mortuus est quam ad me perferret, non fieri pecuniam dominum me constare, vbi Glossa verbo dominum inquit, quamuis mihi dictum pecuniam posse tradat. Sit quamuis Couarru. Rub. de testam. 3. p. n. 13. Sanch. lib. 1. disp. 6. n. 7. & alij explicent praedictam legem de mandato ad donandum, quod morte mandantis exprimat & non de donatione, at ex ipsa lege non colligitur, cum nullus mandati, sed donationis tantum mentio facta fuerit. Hinc nostrae sententiae non aduertantur, sed potius fauent Couarru. 3. p. n. 13. Rub. de testam. Gutier. cap. quamuis pactum. n. 57. Mol. de iustit. tract. 2. disp. 263. §. iuxta haec tenent dicta, qui solum admittunt posse donatarium eam promissionem, seu donationem acceptare, cum in vita donantis per Tabellionem publicum accepta sit, putant namque hac acceptatione ius donatario quereit esse reuocabile ante rathabitionem de quo infra: at seculis hac acceptatione Tabellionis nequaquam admittunt posse a donatario acceptari.

Neque argumenta in contrarium vigent. Ad primum dic donationem & promissionem nunquam fuisse etiam ex parte donantis perfectam quousque acceptatio accedat, sed solum esse pollicitationem ex qua nemini est ius quaesitum, ideoque morte donantis extingui. Lex nec ambigi tantum dicit donationes inter absentes validas esse, quod subintelligi debet, postea absentium per se vel per alium acceptatione. Ad secundum nego donationem ante acceptationem esse gratiam factam. Nam esto dari possit gratia facta alicui absque acceptatione eorum in quorum fauorem fit, sed est absque acceptatione eius cui fit. Vt videre est in facultate Sacerdoti ad audiendas confessiones in fauorem fidelium concessa, quorum acceptatio necessaria non est, bene tamen Sacerdotis acceptatio, quia ipsi gratis praestatur, tamen in fauorem & commodum fidelium. Excepi materiam beneficiorum obtextum in cap. si tibi absenti de praebend. in 6. quorum prouisio etiam ante acceptationem summa perficitur & irrevocabilis, vt suo loco dictum est. Ad tertium facultas quae haeredibus donantis negatur est facultas reuocandi donationem perfectam, & consequenter acceptatam.

Verum esto hoc ita sit permittit satis probabiliter Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 1. circa finem. donatario vt rem sibi post mortem donantis transmissam recipiat & seruet, quousque ab haeredibus defuncti reperatur, quia censetur ex tacita voluntate defuncti retinere, dum haeredes non reperiunt. Praeterea quod adhaerere potest contrariae sententiae, quae probabilior est.

Quando

4 Quando vero donatio ad pias causas facta esset, tamen si ante- quam acceptetur moriatur, mandatum ob favorem pie causae non expirat, sed et quae acceptari ab administratore causae pie donatio potest ac si vivus existeret. Vti docuit Tiraquel de privileg. causae pie. privileg. 82. et 132. et de privileg. scholasticor. privileg. 80 addens idem esse favorem dotis, & favorem scholasticorum. Idem docet de pia causa Couarruu. i. variar. resolut. cap. 14. n. 16. Mol. tract. 2. disp. 263. §. dixi mandatum. Sanch. lib. 1. disp. 6. n. 8. Lel- sius. lib. 2. cap. 18. dub. 6. n. 46. & colligitur ex leg. si pater in princ. ff. de manum. vindictis, ubi mandatum de manumittendo seruo ob favorem libertatis non expirat morte mandantis. Ratio est quia decedens praesumitur sic voluisse, cum ea donatio in sua animae salutem maxime cedat.

15 Illud certum, si nuntias vtruper rem donatam, vel malitiose de- tineat, ob cuius causam donatarius acceptare ante mortem non potuit donationem, obligatum esse restituere donatario, vel eius haeredibus quanti ea donatio aestimatur, quia per iniustitiam, & contra sui numeris obligationem damnus intulit. Sic Molina. tract. 2. disp. 263. vers. in iura haec nuntias dicit. Sanch. lib. 1. disp. 6. n. 8. Lelsius. lib. 2. cap. 18. dub. 6. n. 46. Quia nō addunt praefati Doctores hanc obligationem esse vitra obligationem quam ratione rei acceptae habet comparatione donatoris, cum eius sit, nec in donatarium fuerit dominium translatum. Sed hoc vltimum, vt bene aduertit Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 1. in fine, etsi in rigore verum sit dissimulari potest quouque iudicis sententia accedat ob dicta num. precedenti. Praeterea quod non caret probabilitate mandatum ad donandum morte donantis non expirare, vti dixit Lelsius. lib. 2. cap. 18. dubit. 6. in fine re- lato Eiman Saa verbo donatio. numer. 21. et verbo mandatum, numer. 2.

PUNCTUM V.

Qui potestatem habeant pro absentibus sti- pulandi?

- 1 Nemo pro altero stipulari potest.
- 2 Plures ab hac regula excipiuntur.
- 3 Plene alterius iuri subiectus stipulari pro eo potest.
- 4 Item aliorum curam gerens potest pro ipsis stipulari.
- 5 Pater qualiter pro filio stipuletur?
- 6 Index et Tabellio quoad spectantia iudicium stipulari pro absentibus possunt.
- 7 Item procurator speciale mandatum habens potest pro mandante stipulari.
- 8 Item is cui ex stipulatione pro absente facta aliquod lu- crum accrescit, aut damnus fugit.
- 9 Assuram grauisissimi Doctores posse Tabellionem extra iu- dicialium pro absente stipulari.
- 10 Spectato iure communi verius est oppositum.
- 11 In favorem causae pie verus est quemlibet stipulari posse, esto alij contra sentiant.
- 12 In regno Castella plures censent quemlibet pro altero sti- pulari posse.
- 13 Sed verius est oppositum.

1 Regula generalis est desumenda ex leg. stipulatio in princ. ff. de verbor. obligat. et §. si quis alteri insit. de inutilib. stipulat. et leg. regia. 7. tit. 11. par. 5. neminem pro altero sti- pulari posse, hoc est promissionem, seu donationem ab alio oblatam acceptare, & subditur ibi ratio, quia inuenta sunt huiusmodi obli- gationes, & vniuersique sibi acquirunt quod sua interest. Quod adeo verum est vt nullus ex solo mandato generali potestatem stipulandi pro alio habeat, sed speciale mandatum requiritur. Si- cuti aduertit Glossa. cap. si tibi absenti verbo habueris de pra- bend. in 6. Couarruu. 3. var. cap. 16. numer. 4. Sanch. lib. de ma- trimonio disput. 7. numer. 4. Burgos de Paz. plures referens. q. 10. civili. num. 12.

2 Ab hac tamen regula plures personas excepti. Glossa. 2. com- muniter recepta in §. si quis alij insit. de inutilib. stipulat. fre- quentiores enumerabimus.

3 Primò alterius iuri plenè subiectus potest pro ipso stipulari, seu promissionem, donationemue acceptare. Vt habetur. §. alteri, §. si quis alij insit. de inutilib. stipulat. et leg. 7. tit. 11. par. 5. Vnde recipimus sine verum, siue praesumptum pro Domino sti- pulari potest: vt bene Glossa cap. quoniam, verbo possunt acqui- rere de vsor. lib. 6. Item filiusfamilias dum sub patria est potesta- te pro patre stipulari valet. Monachus, seu regularis pro suo Prae- lato, & Monasterio, quia hi ob subiectionem ita strictam censentur eadem persone cum his pro quibus stipulantur, seu promissum acquirunt. Notanter dixi plenè subiectus est, vt excluderem ex parte subiectos qui non valent pro suis superioribus stipulari, sicuti vassallus, & subditus pro principe, & iudice, famulus pro he- ro, filius sui iuris effectus pro patre, aut matre, discipulus pro ma- gistro. Vt tradunt Mol. tract. 2. disp. 264. §. alij vero. Sanch. disp. 7. n. 9. Lelsius. lib. 2. cap. 18. dubit. 7. n. 47. Reb. 2. p. de obligat. in- sit. lib. 18. q. 2. n. 4. & colligitur manifestè, ex d. §. si quis alij.

Secundò aliorum curam gerens potest pro ipsis stipulari vt re- tor pro pupillo, curator pro minore, pro prodigo, vel amentè, prin- ceps, pro subdito, episcopus & rector pro Ecclesia, seu suis subditis quoad ea quae ad propriam conscientiam attinent. Item procurator principis, ciuitatis, oppidi, alteriusve communitatis vt colligitur ex leg. cum qui ff. de constit. ut pecunia, & tradit Glossa. dicit. §. alteri et §. si quis insit. de inutilib. stipulat. Mol. Sanch. Reb. & Lelsius loc. cit.

Tertiò pater quoties pro filio existente in sua potestate stipe- latur aliquid filio dandum, cuius proprietates & viusfructus, vel sal- tem viusfructus patri competere debet, valida est eius stipulatio. At si nihil horum patri competit eo quod bonum sit castrensè vel quasi castrensè valebit stipulatio, si pro ipso tanquam pro fi- lio, seu tanquam legitimus administrator stipuletur, secus si pro ipso tanquam pro extraneo stipulationem fecerit. Quod raro praesumendum est. Et idem est si stipuletur factum quod filio quoad adhaeret. At si filio adhaeret valebit stipulatio quoad filium, quoad patrem vero in quantum sui iuris sit. Sic relato Bart. in leg. quod dicitur n. 4. ff. de verbor. obligat. Anchart. cap. sicut de sponsalib. num. fin. Ant. Gab. com. 1. lib. 3. conclus. 1. n. 44. tradit Sanch. lib. 1. de sponsalib. disp. 7. n. 6. v. n. 7. ex eisdem Authoribus adde posse patrem pro filiofamilias pro tempore quo sui iuris erit sti- pulari, si stipulationem praeterit pro filio, & non pro ipso tanquam pro extraneo. Quinimò iudicium in his casibus in quibus potest pa- ter stipulari pro filio potest pro ipso emancipato, quia patris iure fieri quid tempore aliquo & conferri in illud tempus. I. quod sponsa Cod. de donat. ante nuptias leg. in temp. ff. de heredit. in sti- tuend. Sed potest pater stipulari pro filio in tempus emancipatio- nis, ergo potest et tempore pro ipso stipulari.

Quartò Index & Tabellio stipulari pro absentibus valet quoad ea quae ad iudicium spectant, & a partibus offeruntur. Vt constat ex leg. 2. §. 4. ff. rem pupilli salutem fore leg. 1. §. exige Cod. de magistrat. conueniend. leg. non aliter ff. de adoptio. et et leg. regia 7. tit. 11. par. 5. & notant omnes.

Quintò specialis procurator cuiusvis particularis habens spe- ciale mandatum ad stipulandum pro mandante stipulari potest, vt de se constat. Sed non obinde mandanti competere actio ad exigen- dum promissum. Sed oportet vt ipse procurator in eum actio nem cedat. Quod si renuerit concedere auctoritate iudicis, & mandati actione cogitur cessio facere, vel tamen reddere mandati quanti ea actio cedente aestimabitur. Vt habetur leg. 1. ff. de insti. etia act. Quod si bona non habuerit vnde aestimatio delinui possit ip- so facto mandanti actio cedit. leg. 2. ff. de insti. etia. et leg. 8. tit. 11. par. 5. & ibi Grego. Lopez. Molin. disp. 264. §. procurator. Quando autem procurator praesens est ei cuius negotium gerit absque eius cessioe vitis actio mandanti acquiritur. leg. si pro- curatori praesenti ff. de verbor. obligat. et leg. regia. 9. tit. 11. par. 5. idem est si stipulatio fiat in iudicio leg. in omnibus. 1. ff. de praes- ritis stipulat. leg. si procurator ff. si quis cautionib. et dicit leg. regia. 9. Ad idem est si fiat ciuita soluendo pensionem fructus, aut redditus rei pertinentis ad mandantem leg. quod procurator ff. de procuratorib. et dicit leg. regia. 9. & notat Mol. tract. 2. disp. 264. circa finem.

Sexto cum ex stipulatione facta absenti lucrum aliquod stipu- lanti accrescit aut ab aliquo onere liberatur valida est eius sti- pulatio. Quia ratione valet stipulatio facta de soluendo debito sti- pulantis. Idem est de promissione facta absenti cum adiecta in fa- uorem stipulantis. Et ob eandem causam locum pro socio, valet pro marito, & è contra mater pro filio, & filius pro matre plerum- que stipulari possunt. Sicuti colligitur ex §. si quis insit. de inutilib. stipulat. leg. stipulatio ista §. si stipular. et §. si quis in- sulam. ff. de verbor. obligat. et leg. regia 10. tit. 11. par. 5. & tradit Couarruu. cap. quamuis pactum §. 4. num. 5. Molin. tract. 2. disp. 264. circa finem. Lelsius lib. 2. cap. 18. dubit. 7. numer. 47. Hæc sunt in quibus doctores frequentet conuenienter differunt tamen.

Primò an Tabellio, seu Notarius potestatem habeat extra iudicialium pro absente stipulandi, ita vt ex ea stipulatione nulla acceptata promissio, nec posse à promittente reuocari. Affirmat grauisissimi doctores Couar. Rub. de reb. 3. p. n. 13. et lib. variat. cap. 14. n. 11. et 13. Roland. conf. 19. n. 9. lib. 1. Villalobos. in memo- ria iuris litt. D. n. 175. Gutierr. cap. quamuis pactum in princ. n. 4. Iulius Clarus. lib. 4. recept. §. donatio q. 13. vers. primo ergo casu. Seraphin. de privileg. iuram. privileg. 24. numer. 4. Matien. l. 5. recopilat. tit. 10. leg. 7. Gloss. 2. n. 10. et leg. Molin. le- suita disp. 264 §. quarto. Manuel. tit. 1. sum. c. 9. n. 1. Paul. Laym. l. 3. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 1. n. 4. Reb. de obligat. insit. 1. p. lib. 18. q. 2. n. 6. & plures alij quos refert collector. decil. Pedemont. decil. 70. n. 4. Anton. Gabr. commun. opin. tit. de verbor. obligat. conclus. 1. n. 100. Ducuntur primò ex eo quod olim feruis publicis (qui Tabellarij, seu Notarij officio fungebantur) concedebatur etiam pro impuberibus & aliis absentibus, & igitur tunc stipulari leg. 2. 3. 4. et §. ff. rem pupilli salutem fore leg. 1. §. exiger ff. de ma- gistrat. conueniend. leg. cum cognatos Cod. de captiuis, et post- lim. reuersis §. cum autem insit. de adoptio. et alij. Nullibi autem reperitur hoc ius derogatum, ergo censendi sunt eam po- testatem retinere. Secundo Tabelliones, sed notarij sunt persone